



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

256. Ad quæ beneficia se non extendat potestas illa generalss conferendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

7. Sepiūd, ad conferenda beneficia, quæ pos-  
siderit ipse Episcopus, dum Episcopus illa resigna-  
set in manus Superioris, non autem Vicarii. Sbro-  
z̄ius l.2.q.85, & ex eo Pax Jord. nu. 176, citantes  
Put. decis. 94. l.1.

8. Octavò, ad beneficia spectantia ad Episco-  
pum jure devoluta ob negligentiam vel delictum  
collatorum; quia ea beneficia confert Episcopus  
jure ordinario & communi, Pirk. loc. cit. num. 54.  
(quāvis ex Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. nu. 82.  
addat, tūtū esse, ut in mandato speciatim exprimatur  
facultas conferendi beneficia, etiam ad E-  
piscopum devoluta) Barbos. cit. alleg. 54. num. 52.  
Azor. cit. c. 44. q. 2. Caltrop. cit. p. 3. nu. 14. Secus ta-  
men est, ubi beneficia essent devoluta ad Episco-  
pum tanquam sedis Apostolica delegatum, v. g.  
ob negligentiam Pralatorum regularium; quia  
tunc Episcopo ea conferendi potestas non compe-  
tit jure communi ordinario, sed delegato, Castropal.  
Azor. Pirk. Barbos. locis. cit.

9. Nond, conferre quoque potest vi istius fa-  
cultatis generalis conferendi beneficia vacantia in  
meusa alternativa. Sbroz. l.2. q. 86. Pax. Jord. loc.  
cit. nu. 177. Gonz. ad regul. 8. Canell. gloss. 42. nu. 10.  
ex Puteo decis. 488. l.2. testans sic tentum a Rota  
in una Portogalensi de Galeras. 25. Octob. 1546. Et ra-  
tio est; quis clausula generalis: ad conferendum  
quæcumque beneficia vacatura, quæ potest con-  
ferre ipse Episcopus, comprehendit hujusmodi  
beneficia, quæ poterat conferre Episcopus vi al-  
ternativa; tota siquidem potestas est translata in  
Vicarium vi dictæ clausula generalis, quāvis  
non exprimatur, quod conferat beneficia vacatu-  
ra in mēnsibus Ordinarii vi alternativa. Gonz.  
cit. nu. 10. ex Put. ubi antè nu. 2. & 6. Quemadmo-  
dum etiam Vicarius Cardinalis habens potestatem  
conferendi omnia beneficia, quæ dictus Cardina-  
lis vigore indulsi defuper concessi conferre pos-  
set, ut Gonz. loc. cit. ex Germon. de indust. Cardin.  
§. tibi quoad vixeris. nu. 40. Neque opponas, quod  
concessio alternativa sit privilegium, quæ autem  
conferuntur ab Episcopo vi præcisè privilegii ei  
concessi, non veniunt in generali potestate confe-  
rendi concessa Vicario. Nam per alternativam  
nullum Episcopis conceditur privilegium, sed tan-  
tum tollitur obstaculum & impedimentum, quo  
vi reservationis Papa reservantis sibi octo mensibus  
alias impiedebatur conferre illis sex mensibus.  
Gonz. loc. cit. n. 13.

10. Decimo: videtur quoque extendere se di-  
cta facultas conferendi ad beneficia resignata co-  
ram Episcopo. Castropal. loc. cit. num. 10. non ob-  
stante, quod is resignationem recipiendo appli-  
cuerit manus. Nam exinde non oritur reservatio,  
sue quod Episcopus ea reservari sua collatione,  
ut contingit in summo Pontifice, dum is resigna-  
tionem acceptavit, & in quo solo illa applicatio  
manuum locum habet.

*Questio 256. Ad qua beneficia conferenda se  
non extendat ista potestas generalis confe-  
rendi?*

1. R Esp. primò, non extendit se ad beneficia,  
quorum collatio competit Episcopo non  
nisi jure speciali, seu ex privilegio; cum privile-  
gium perlonæ ad alium non transeat. Azor. p. 2.  
l.3. c. 44. q. 2. Caltrop. loc. cit. n. 14. Barbos. cit. al-  
legat. 54. n. 6. Pax. Jord. loc. cit. nu. 180. Pirk. loc.

cit. n. 50. Laym. in cap. cùm in generali, de off. Vicar.  
in 6. n. 7. citantes Paris. de resign. l.1. q. 24. in 64. Se-  
cūs tamen esse, si in ista facultate conferendi ex-  
primatur, dari facultatem non solum conferendi  
ea, quæ jure communi & ordinario, sed etiam quæ  
jure speciali conferre potest Episcopus, ait Pirk.  
loc. cit.

2. Secundò, non extendit se ad ea, quæ ad E-  
piscopum tanquam sedis Apostolica delegatum  
devoluta sunt, ut propter negligentiam Pralato-  
rum regularium juxta Clement. unic. de supplend.  
neglig. Pralator. Pirk. Azor. Barbos. locis. cit.  
Sbroz. l.2. q. 72. n. 1. ubi is: Mandatum ad conferenda  
beneficia procedit in beneficiis spectantibus ad collatio-  
nem ipsius Episcopijure ordinario, non autem se exten-  
dit ad ea, quæ Episcopus conferre potest auctoritate A-  
postolica. Et hæc juxta dicta q. præced. n. 8. Limitat  
tamen hoc ipsum Sbroz. loc. cit. n. 2. nimirum nisi  
idipsum exprimatur in dicta facultate, nempe  
quod ea detur ad conferenda quoque, quæ jure  
devoluto auctoritate Apostolica spectant ad E-  
piscopum. Ponit loc. cit. Sbroz. formulam, sub qua  
concedenda facultas in ordine ad conferenda quo-  
que ista beneficia, nimirum: Damus potestatem con-  
ferendi beneficia, quæ nos jure ordinario conferre pos-  
sumus, & etiam omnia alia, quæ jure devoluto auctoritate  
Apostolica, vel quavis alia potestate à jure communi vel  
speciali nobis concessa. Idem est, ut ibidem Sbroz.  
ac si dicatur: qualitercumque, seu quomodolibet ad nos  
spectantia.

3. Tertiò, non extendit se ad beneficia vacan-  
tia in Curia per obitum (quæ de ceterò conferre  
potest Ordinarius, dum ea Papa non contulit in-  
tra mensem juxta c. statutum. de prob. in 6. de quo  
vide me in for. benef. p. 2. q. 533.) ita ut ea etiam post  
elapsum mensem conferre nequeat vi data gene-  
raliter facultatis conferendi omnia beneficia, nisi  
id specialiter quoque in dicta facultate exprima-  
tur. Sbroz. l.2. q. 76. n. 1. citans Archid. in cit. c. sta-  
tutum. in fine. Franc. March. &c.

*Questio 257. Num Vicarius vi talis facul-  
tatis illi concessa ad conferenda beneficia  
conferre possit illa præsente Episcopo.*

1. R Esp. Si facultas illa restricta est ad tempus  
absentia Episcopi, indubitatum est, Vicar-  
iūm conferre non posse præsente Episcopo. Sbroz.  
ius l.2. qu. 72. nu. 1. & ex eo Pax. Jord. l.1. tit. 1.  
nu. 187. Unde etiam proviso à tali Vicario pro-  
banda absentia Episcopi pro tempore facta col-  
lationis; quia istam absentiam habet pro funda-  
mento sue intentionis; tum etiam, quia præsumi-  
tur Episcopus præsens. Sbroz. loc. cit. num. 2. Pax.  
Jord. loc. cit. ex Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. nu. 235.  
& Cuch. Inflit. jur. can. de Vicar. Epise. n. 102. Quod  
si tamen Vicarius contulisset innovans præten-  
tiam Episcopi, collationem fore validam, ex Re-  
buff. in rep. c. postulati. de cler. excommunic. nu. 341.  
in 4. referunt Sbroz. & Pax. Jord. loc. cit.

2. De ceterò ubi in concessione illa conferen-  
di beneficia mentio nulla fieret de præsenti vel  
absentia Episcopi, nil verat, quominus Vicarius ea  
præsente quoque Episcopo conferre possit. Sbroz.  
ius l.2. q. 87. eò quod, ut ait, recurrit ad Vi-  
carium possit Episcopo præsente,  
quemadmodum absente.

*Questio*